

1138 Januar 13, Rom

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 49 (A) — Provenienz: Goseck, Benediktinerkloster — Pergament: 42,2–43,7 cm breit, 44,1–44,5 cm hoch, Plica 3,9–4,0 cm; Beschreibstoff rückseitig an Faltungskanten (wegen Löchern bzw. Rissen) teilweise mit Leinwandstreifen verstärkt — feierliches Privileg — Besiegung: Bleibulle Papst Innozenz' II. verloren, die rot-gelben Seidenfäden sind noch am Pergament befestigt (drei in Form eines Dreiecks angeordnete Schnitte [- -] in der Plica und im darunterliegenden Pergament; Befestigungstechnik wie PU Dresden I/1, Nr. 3, Anm. 2).

Kuriale Vermerke:

Recto: —

Verso: —

Edition: Brackmann, PU des östl. Deutschlands, S. 210 f. (18 f.), Nr. 5 aus A und Kopie.

Regest: Schieckel, Reg. Dresden I, S. 63 f., Nr. 48 — GP V/2, S. 437, Nr. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. DILECTO FILIO NENTERO ABBATI MONASTERII GOSENSIS EIUSQUE SUCCESSORIBUS REGULARITER SUBSTITUENDIS IN PERPETUUM.^{a)} | Ad hoc universalis ecclesie cura nobis^{b)} a providore omnium bonorum deo nobis^{b)} commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentem religionem studeamus modis | omnibus propagare. Nec enim gratus aliquando deo famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum affectionis | intuitu, dilecte in domino fili Nentere abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et Gossense monasterium, cui deo auctore | presides^{c)}, apostolicę sedis privilegio communimus; inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum beati Benedicti regulam ibidem noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascumque possessiones, quęcumque bona idem cenobium inpresentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largi[t]ione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Nulli ergo omnino [ho]minum liceat prefatum monasterium seu res ad ipsum pertinentes temere perturbare aut eius possessiones auferre [v]el ablatas retinere, minuere | aut aliquibus vexationibus fatiga[re], sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis [pro]futura, salva nimirum dyocesa[n]i episcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertio|ve commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui ^(d)dignitate careat et a sacratissimo^{d)} corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo ex|amine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura ser-

5. a) Siehe PU Dresden I/1, Nr. 4, Anm. a.

b) sic A.

c) i auf Rasur (0,2 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.

d) In anderen päpstlichen Privilegien lautet der Text an dieser Stelle dignitate careat (oder careat dignitate) reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo; vgl. z. B. PU Dresden I/1, Nr. 3, 4, 6, 7, 20, 24, 27, 47, 86 und 93.